

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Bellum af
cum uariis

Nichil magis prodesse constat in pugna quam ut assiduo exercicio milites in acie dispositos ordines seruent. Nam et constipati perdunt spacia pugnandi et sibi inuicem impedimento sunt et rariores atque interlucentes aditum perrumpendi hostibus prestant. Instructionis igitur lex est. Nam apud ueteres singuli armati in directum ternos pedes inter se occupare consueuerunt, hoc est, in mille passibus mille sexcenti sexaginta sex pedites ordinantur in locum ut nec acies interluceat et spacium sit arma tractandi. Inter ordinem autem et ordinem a tergo in latum sex pedes distare uoluerunt ut haberent pugnantes spacium accedendi atque recedendi. Vehemencius enim cum saltu cursuque tela mittuntur.

Vegecius ibidem capitulo XXVI.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

perdunt] perdent (*cor. sub lin.*) B; rariores] irariores (*cor. sub lin.*) C; perrumpendi] prorumpendi P V¹ V² L¹ L²; in directum ternos] indirectum trinos P V¹ V² L¹ L²; sexcenti] sexenti (*cor. supra lin.*) M; pugnantes spacium] spacium pugnantes (*cor. intra*) M; Vegecius] idem C